



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

170 Argumentum cap. vnici derer. permutat. in 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

170

*Arg. cap. v-
nici de rer. per
mut. in 6.*

constituit hic Bonifacius 8. ne permutationes huiusmodi per istos expectantes amplius impediretur. Alioqui Pontifex ut ac tanquam Summus omnium bonorum ecclesiasticorum, sicut & ecclesie totius, moderator, de beneficiis ecclesiasticis per uniuersum orbem Christianum fitis disponere potest, non tantum vacantia conferendo verumetiam ius in vacaturis tribuendo. c. 2. §. de prebend. Quae quidem res plurimos ubique terrarum prouocare solet homines ambitiosos ad importunissime gratias istas à Pontificibus optimis extorquendas, non sine grauissimis ordinariorum Collatorum querelis: quae tandem effecerunt ut nouissime sacrosanctum Concilium Tridentinum sess.

171

*Concilio Tri-
dent. gratia
expectatiue
prohibita.*

24. cap. Reform. 19. decreuerit, gratias istas expectatiuas & ad beneficia vacatura nemini amplius concedi, nec hactenus concessis cuiquam uti licere: quemadmodum & olim ab hoc ipso Bonifacio promissiones omnes aliorum quorumcumque Collatorum de be-

172

*Promissiones
beneficiorum
vacaturorum
iam olim re-
probatae.*

neficiis vacaturis conferendis reprobatae fuerant. cap. detestanda, §. de concess. prebend. Non dico, vel Pontificem vel ullos alios Collatores ante Concilium Tridentinum beneficia vacatura conferre cuiquam solere per gratias istas expectatiuas vel per promissiones vel aliter, sed vacatura vel promississe vel addixisse conferenda tunc ubi vacauissent; quandoquidem ne beneficia conferrentur absolute priuquam vacarent, antiquissimo semper iure prohibitum fuerat, Concilio Lateranensi repeti-

tum